

LIBER

De scriptoribus

De tribus uirtutibus:	li.	i
De natura & inuentione:	li.	ii
De pactis:	li.	iii
De generationis successu:	li.	iiii
De mutatione nominū:	li.	v
De gigantibus:	li.	vi
In quinque libros Moysi:	li.	vii
De somnijs:	li.	viii
De tabernaculo:	li.	ix
De uita contemplatiua:	li.	x
De agricultura:	li.	xi
De ebrietate:	li.	xii
De uictimis & repromissionib⁹:	li.	xiii
De prudentia:	li.	xiiii
De ideis:	li.	xv
De Alexandro:	li.	xvi
De ratione animalium:	li.	xvii
Quomodo insipiens feruus sit:	li.	xviii

Quare quinquaginta annos

Adam genuit tres filios.

Alia quoque multa scripsisse legitur: quae ad noticiam meam non uenerunt. Claruit sub Nerone principe. Anno dñi. L.

Iosephus iudaeus natione hierosolymitanus: religiose sacerdos: Mathathae sacerdotis filius: philosophus: orator: temporum scriptor insignis: quem in catalogo nostro non ponere: nisi & eius scripta legeret ecclesia: & beatus Hieronymus id prior fecisset: post excidium Hierosolymae captus a Vespasiano & Tito principibus Romam ducitur: & propter ingenij excellentiam a Senatu & populo Romano magnifice honoratur. Qui & iudaeus permansit: genus tamen christianorum saepe laudauit: & de domino nostro Iesu christo in decimo octauo antiquitatum libro: in signo testimonium descripsit. Huius uolumina tantae auctoritatis apud Romanos adhuc illo uiuente habita sunt: ut bibliothecae publicae sint tradita: ipse uero post mortem statua aerea a senatu & populo donatus sit. De cuius opusculis ego tantum uidi subiecta.

De bello iudaico:	libros	vii
Antiquitatum mundi:	li.	xxiiii
Contra Apionem:	li.	ii
De potentia dicendi:	li.	i

Quoniam bellum quod Historiam conscribere. Sufficienter ut arbitror.

Claruit Romae sub Vespasiano & Tito principibus. Et usque ad tempora Traiani imperatoris durauit in humanis: Anno dñi. C.

Ignatius ecclesiae Antiochenae tertius post beatum Petrum episcopus: uir eximia sanctitatis ac domini nostri Iesu christi singularis & feruentissimus amator. Dicere consueuit Dionysius teste: Amor meus crucifixus est. Qui beatissimus praesul cum esset diuini uerbi praedicator doctus & zelosus: scripsit nonnullas elegantes & plenas feruoris epistolas: in quibus amatorem sancti martyris fuisse demonstrauit: E quibus istae feruntur potiores:

De uita uenerabilium

Ad ecclesiam Ephesiorum:	epistola	una
Ad Magnesianos:	epi.	i
Ad Troienfes:	epi.	i
Ad Romanos:	epi.	i
Ad sanctum Iohannem:	epi.	ii
Ad beatam uirginem:	epi.	i
Ad Philadelphios:	epi.	i
Ad Polycarpum:	epi.	i

*Ignatius qui antiochenus uocatur magnitudinis
Ignatius qui antiochenus uocatur benedictus
Ignatius qui antiochenus uocatur misericorditer
Iohanni sancto seniori: suus.
Christiferae mariae: suus.
Ignatius qui antiochenus uocatur ecclesie dei
Ignatius episcopi antiochenus qui antiochenus*